

Luke 12: 42 COMMUNION

FIDELIS servus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

This is the faithful and wise steward, whom his lord setteth over his family: to give them their measure of wheat in due season.

POSTCOMMUNION

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus: ut, de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Caroli, Confessore tuo atque Pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that, we who give thanks for the gifts we have received, may through the intercession of blessed Charles, Thy Confessor and Bishop, obtain still greater blessings. Through our Lord.

COMMEMORATION of Ss Vitalis and Agricola

HÆC, nos communio, Domine, purget a crimine: et, intercedentibus sanctis Martyribus tuis Vitáli et Agrícola, cœlestis remedii faciat esse consortes. Per Dominum.

May this Communion, O Lord, cleanse us from guilt; and through the intercession of Thy holy Martyrs Vitalis and Agricola, make us share in the heavenly healing. Through our Lord.

PROPER of the MASS

ST CHARLES BORROMEIO

November 4

Eccles. 45: 30; Ps. 131: 1 INTROIT

STATUIT ei Dominus testamentum pacis, et principem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in æternum. *Ps.* Memento Domine, David: et omnis mansuetudinus ejus. Gloria Patri.

The Lord made to him a covenant of peace, and made him a prince: that the dignity of priesthood should be to him for ever. *Ps.* O Lord, remember David: and all his meekness. Glory be to the Father.

COLLECT

ECCLÉSIAM tuam, Dómine, sancti Caroli Confessoris tui atque Pontificis continúa protectione custodi: ut, sicut illum pastorális sollicitúdo gloriósum réddidit; ita nos ejus intercessio in tuo semper faciat amore ferventes. Per Dominum.

Keep safe Thy Church, O Lord, with the continual protection of St. Charles, Thy Confessor and Bishop, that, as pastoral solicitude rendered him glorious, so his intercession may ever make us fervent in Thy love. Through our Lord.

COMMEMORATION of Ss Vitalis and Agricola

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui sanctorum Martyrum tuorum Vitális et Agricolæ solémnia colimus, eorum apud te intercessionibus adjuvémur. Per Dominum.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that we, who venerate the solemnity of Thy holy Martyrs, Vitalis and Agricola, may be assisted by their intercession with Thee. Through our Lord.

Ecclesiasticus 44: 16-27; 45: 3-20 EPISTLE

ECCE sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, et inventus est justus: et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Non est inventus similis illi, qui conservavit legem Excelsi. Ideo jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, et testamentum suum confirmavit super caput ejus. Agnovit eum in benedictionibus suis: conservavit illi misericordiam suam: et invenit

Behold, a great priest, who in his days pleased God, and was found just; and in the time of wrath he was made a reconciliation. There was not found the like to him who kept the law of the most High. Therefore by an oath the Lord made him to increase among his people He gave him the blessing of all nations, and confirmed His covenant upon his head. He acknowledged him in His blessings; He preserved for him His mercy; and he found grace

gratiam coram oculis Domini. Magnificavit eum in conspectu regum: et dedit illi coronam gloriæ. Statuit illi testamentum æternum, et dedit illi sacerdotium magnum: et beatificavit illum in gloria. Fungi sacerdotio, et habere laudem in nomine ipsius, et offerre illi incensum dignum in odorem suavitatis.

Ecclus 44: 66, 20

ECCE sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi.

Psalm 109: 4

ALLELUIA, alleluia. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Alleluia.

Matthew 25: 14-23

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo peregre proficiscens, vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua. Et unum dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem, et profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, et operatus est in eis, et lucratus est alia quinque. Similiter et qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, et abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus servorum illorum, et posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus ejus: Euge serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Accessit autem et qui duo talenta acceperat, et ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo

before the eyes of the Lord. He glorified him in the sight of kings, and gave him a crown of glory. He made an everlasting covenant with him, and gave him a great priesthood: and made him blessed in glory. To execute the office of the priesthood, and to have praised in His name, and to offer him a worthy incense for an odour of sweetness.

GRADUAL

Behold a great priest, who in his days pleased God. There was not found the like to him, who kept the law of the Most High.

ALLELUIA

Alleluia, alleluia. Thou art a priest forever according to the order of Melchisedech. Alleluia.

GOSPEL

At that time, Jesus spoke this parable to His disciples: A man going into a far country called his servants, and delivered to them his goods. And to one he gave five talents, and to another two, and to another one, to every one according to his proper ability: and immediately he took his journey. And he that had received the five talents went his way, and traded with the same, and gained another five. And in like manner he that had received the two gained other two. But he that had received the one, going his way, digged into the earth and hid his lord's money. But after a long time the lord of those servants came and reckoned with them. And he that had received the five talents coming, brought other five talents, saying: Lord, thou didst deliver to me five talents, behold I have gained other five over and above. His lord said to him: Well done, good and faithful servant, because thou has been faithful over a few things, I will place thee over many things: enter thou into the joy of thy lord. And he also that had received the two

lucratus sum. Ait illi dominus ejus: Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

Psalm 88: 21-22

INVENI David servus meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum.

SANCTI tui, quæsumus, Domine, nos ubique lætificent: ut, dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum.

OBLATIS, quæsumus, Domine, placare muneribus: et, intercedentibus sanctis Martyribus tuis Vitæ et Agricolæ, a cunctis nos defende periculis. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

talents came and said: Lord, thou deliverest two talents to me, behold I have gained other two. His lord said to him: Well done, good and faithful servant, because thou hast been faithful over a few things, I will place thee over many things: enter thou into the joy of thy lord.

OFFERTORY

I have found David My servant, with My holy oil I have anointed him: for My hand shall help him, and My arm shall strengthen him.

SECRET

May Thy Saints, we beseech Thee, O Lord, in all places bring us joy; that while we recall their merits, we may experience their patronage. Through our Lord.

COMMEMORATION of Ss Vitalis and Agricola

Be appeased, O Lord, with the gifts we offer, and, by the intercession of Thy holy Martyrs, Vitalis and Agricola, defend us from all dangers. Through our Lord.

COMMON PREFACE

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise: